Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26560
Copyright: Admont, Benediktinerstift

labore causam habuerunt lucri scilicet
temporalis vel humane laudis optatam
quidem sue delectationis suauitatem in
terim pregustant per qua meuitabilem
pinodium uindicte amaritudinem sentiunt
Gustauit et beata felicitas Iudit
idem gustate suauitatis experimento
uere didicit quia bona est negociatio
eius et hec ei merces per negociationem
bona quod non extinguetur in nocte lucer
na eius In supradicta nocte tribulationis
non est extincta lucerna eius illa uideli
cet cui ducatu sese dirigi pphera
gloriatur dicens Lucerna pedibus me
is uerbum tuum et lumen semitis
meis Hec enim in eorum cordibus extin
guitur qui in miseriis non subsistunt
Iste uero temptationibus